



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 68. Polus a Papa Legatus in Angliam destinatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæc. XVI.

A.C. 1553.

§. LXVIII.

*Polus a Papa Legatus in Angliam
destinatus.*

*Pallav. l. c.
Burnet
p. 387.*

Hanc in rem Polus summo Pontifici auctor exstitit, ut per ambos Legatos suos, quorum unus in Belgio apud Cæsarem, alter vero in Francia apud Henricum II. agebat, rem sedulo aggrederetur, eo fine, ut eorum sollicitatione hi duo Monarchæ ad tam sanctum propositum auxilia præberent, missisque nuntiis Reginam animarent ad promovendam Catholicam Religionem, ad cujus restaurationem aliunde Reginam jam satis propensam novissent. Offerebat quoque suam operam Polus, quantum ad hujus negotii executionem Papa necessarium fore censuerit. Placuerit Julio hæ Cardinalis rationes, cumque præter ipsum Polum ad hoc opus aggrediendum, & feliciter expediendum neminem magis aptum cognosceret, hinc die quinta Augusti eundem Legatum in Angliam decrevit, accedente omnium Cardinalium consensu, quibus satis perspecta erant Poli merita, ac præclaræ animi dotes.

§. LXIX.

*Commendonus a Dandino Legato in
Angliam missus.*

Acce-